Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift

ac commodare negauerit sed
bissextili anno eiusdem quantita
tis mensem lunarem februario
cuius & antea solebat aptauerit.
fit profecto ut & xiiii luna pas
chalis eiusdem anni prid quam
debuerat adueniat. Ideoq; pas
chalis ratio uacillat & totus mox
anni cursus turbat. Statusq; ille
semper inuiolabilis circuli decen
noualis magis magisq; turbatur
euertatur. Qua re oportet ut
sicut dictante quadrantis ratione
iii anno quem bissextilem dicimus.
In una eademq; sexta kl martii
linea uerbigratia iii iiiiq; solemq;
ponere feriam tabulam tunc ibi
dem lun uerbigratia tertiam simul
acquartam computare meminerimus
Ac semper industria per
uigiles ut cum lunam menis febru
tunc una die plus quam solebat ha
bere fecerimus. In diebus tamen
kl martii exceptos solum xi circu
li decennoualis anno ipsam quam
& antea consuerat lun seruat
abiatem. Nam & lideo maximae
lun quadrantem dandum monemur
nemaior solito inlet marcii existen
do ratum paschalis obseruantiae
cursum recto atramite deflectat.
Quibus autem quantis ue temporum
particulis idem lunae quadrans
accrescat maiore quaestiu indigat.
Namq; cum ipso quadrante & iam
crebra embolismorum interrup
tio & saltus qq ratio nb lotadis
cursus lunaris mensura adpurum
dmosci queat obsistit.

DE SALTU LUNE.

XLIJ DEQVOTAMEN
saltu ueri simile apparet.
qd eum certior quam uulgo putatur
lunaris incensionis locus & hora
procreat. Nam quomodo fieri
posset. ut per annos denos & noue
nos unum necesse esset solito dierum
lunari numero auferri. sinon hoc
uelocitas aliqua lunaris gradi
paulatim toto circuli decennoualis
tempore procuraret. quomodo
id tarditate cursus solaris agi
probatum est. ut unus per quadri
ennium eius cursu dies augeatur.
Huius autem uelocitatis. & ut ita
dicam anticipationis. tam & si
ordo non facile patet mensura ne
quaquam latet. Constat enim qd
diminutio illa atq; ablatio diei